

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1499

Autre(s) référence(s) : Fauroux 53 / Tabuteau 144 / ARTEM 2682

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1025-1026]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II confirme les biens donnés ou restitués à Saint-Ouen par ses trois prédécesseurs :

Gasny et ses dépendances à savoir Toisy, Coupigny, Fourges ; Saint-Rémy, avec l'église de Bazincourt ; le cinquième de Bionval avec l'église ; Le Mesnil-Milon ; « Rainolt Curtem » ; Sainte-Geneviève [-lès-Gasny] et l'église ; Falaise ; Giverny avec l'église ; Villez ; Limetz ; « Dathencurt » (Dancourt ?) et l'église ; Vatimesnil et ses dépendances ; l'église Saint-Amand à Rouen. Tous ces biens furent donnés oralement par Rollon.

Bailleul avec l'église et ses dépendances, à savoir Villez [-sous-Bailleul] et l'église, Réanville et l'église, Chamenard, « Masnile Sancti Audoeni de Rolmont » ; Saint-Pierre [-la-Garenne] et l'église ; Tourneville ; Emainville ; Bailly ; l'église Notre-Dame [-de-la-Garenne] avec l'île Saint-Pierre et toutes les eaux comprises entre le milieu du cours de la Seine et le milieu de la vallée sise au pied de Gaillon. Tous ces biens furent donnés oralement par Guillaume Longue-Epée.

Le domaine de Saint-Martin [-des-Bois] et l'église donnés par Richard Ier.

Richard II y ajoute l'église de Rots, Perriers [-sur-Andelle] et ses dépendances, Le Meslay et la dîme de huit moulins près de Rouen.

Il confirme également les donations faites par ses fidèles avant lui ou de son temps :

Le Mont-Saint-Michel sur le Robec (donné par Raoul Tourte) ; Daubeuf [-la-Campagne], Cocherel, le Manoir avec l'église, les îles en dépendant, et les pêcheries ; Quévreville [-la-Poterie] et l'église ; des biens à Pitres et Dun (donnés par le comte Raoul d'Ivry), Chambray et l'église ; l'église Saint-Aquilin [-de-Pacy] (donnés par Hugues, évêque de Bayeux) ; « Canamum » et deux moulins, les Authieux-sur-le-Port-Saint-Ouen, et des biens à « Cenestanvilla » (donnés par Torestineus le Riche) ; Ancourteville [-sur-Héricourt] ; « Vuellei » (Veules-les-Roses ?) et deux hôtises à Gonfreville [-Caillot] ; Mondreville avec l'église, bien qui a été échangé contre la donation faite par une certaine Godelendis ; Fumechon ; Wanchy avec l'église ; le mesnil des Autels-Saint-Basile en Hiémois et « Litrimasnile » (dons d'Istigandus) ; des droits sur le domaine et l'église de Pierreval ; cinq manses à Autigny (don de Mainard) ; une partie d'« Arriaco » ; la moitié d'Orgeville ; Basville et l'église ; Franqueville ; Letteguives et l'église ; le domaine d'Epinau (don d'Enna) ; une partie d'Ernemont [-la-Villette] et l'église de Bouchevilliers (don de Turchitillus [de Neuf-Marché] ; trois manses, à Couronne ; trois manses à Saint-Sever (« Ermentrut villa ») (don d'Adèle) ; deux manses, et la pêcherie à « Ebvilla » (ou « Chivilla ») ; un manse, au-dessus du vivier ducal à Sahurs ; des biens à Grainville et à Verclives ; un manse à Celloville ; un pré à Carville, deux manses à « Averleia » et Le Mouchel sur l'Andelle.

La possession de ces dons ne sera troublée par aucune puissance judiciaire ou séculière.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 145 (2). Copie figurée de la seconde moitié du XIe siècle

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 53, p. 168-173.

Dissertation critique

v. 1025-1026. Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX p. 170-171.
Copie figurée de la seconde moitié du XI^e siècle.

Texte établi d'après a

DIVINÆ PIETATIS MISERICORDIA, EGO, RICHARDUS SECUNDUS, NORMANNORUM DUX, OMNIBUS SANCTE ACCLESIAE FIDELIBUS, QUONIAM ADVENÆ ET peregrini sumus apud Deum in terra, sicut omnes patres nostri, et quia non habemus hic manentem civitatem, ideo futuram et perpetuo mansuram inquirere debemus. Quia vero nos, curis mundialibus intenti, prout condecet hoc agere non possumus, dignum et condecens judicamus ut ex his quæ a Deo nobis collata sunt, æcclesiis Dei et in usum servientium sibi conferamus, scilicet quibus ocium Deo servire et vacare conceditur liberius, nam Scriptura testante didicimus quia : « qui miseretur pauperi feneratur Domino », et psalmista dispersionem possessionum viri metuentis Deum considerans, ait « dispersit dedit pauperibus, justitia ejus manet in seculum seculi » ; his et hujuscemodi præceptorum Dei provocatus exemplis, ego Richardus, horrescens quoque enormitatem meorum scelerum, placuit nobis ut ea quæ a predecessoribus nostris locis sanctis attributa sunt vel restaurata, maxime huic loco in honore Sancti Petri apostolorum principis et eximii confessoris Christi AUDOENI consecrato, nostra auctoritate firmaremus, et de nostro aliquid condonaremus pro salute et remedio animarum ipsorum et meæ et genitricis et conjugis et prolis mihi a Deo concesse, annuentibus filiis meis Richardo et Rotberto, archiepiscopo quoque et [episcopis et] fidelibus nostris consentientibus, id est : Vuadiniacum cum æcclesia et omnibus appenditiis suis, videlicet Torsiacum, Cupin, Furcas, Masnile quod dicitur Sanctus Remigius cum æcclesia de Bucin Curte, quintam partem Bionval cum æcclesia, Milonis Masnile, Rainolt Curtem, villam quæ dicitur Sancta Genovefa cum æcclesia, Falesiam, Giverniacum cum æcclesia, Villare, Limez cum æcclesia, Dathencurt cum æcclesia, [V] Valterii Masnile cum omnibus pertinentiis eorum, vineis, pratis, silvis, aquis, molendinis, terris cultis et incultis, æcclesiam quoque intra urbem Rotomagum in honore Sancti Amandi quæ omnia noster attavus Rolphus, prenominate loco partim restituit, partim et dedit, sed propriis cartulis ad notitiam futurorum minime descripsit ; huic subnectimus cessioni, quæ etiam avi nostri Willelmi industria simili modo absque cartarum notamine concessit, id est Balliolium cum æcclesia et omnibus appenditiis suis, id est Villare cum æcclesia, Regionvillam cum æcclesia, Campum Mainardi, Masnile quod dicitur Sancti Audoeni de Rolmont, villam quæ dicitur Sancti Petri cum æcclesia, Turle villam, Smit villam, Batheller, æcclesiam in honore Sanctæ Mariæ et terram cum insula quæ dicitur Sancti Petri et aliis insulis et aquis usque ad [me]dium Sequanæ fluminis et usque ad medium vallis quæ est sub Castellio. Haec concedimus cum omnibus pertinentiis suis, id est aquis, molendinis, pratis, silvis, pascuis, terris cultis et incultis ; hiis addidit genitor meus villam quæ dicitur Sancti Martini, cum æcclesia ex integro ; ego quoque heres ejus, concedo ex nostra donatione æcclesiam de villa quæ dicitur Ros, cum terra ad eam pertinente, et æcclesiam villæ quæ appellatur Perarios cum [omnibus] quæcumque ad eam pertinent, et Masnile quod dicitur Mesleth cum integritate, et molendinum unum juxta civitatem Rotomagum, et decimas de .VIII^{to}. molendinis nostris juxta positis, his quoque subju[ngimus] et nostra auctoritate firmamus ea quæ fideles nostri, vel nostris, vel antecessorum nostrorum temporibus, prænominate loco, ob amorem Dei vel sanctorum ibi quiescentium veneratione concesserunt, aut de beneficiis que nostri juris [era]nt, aut de paternis hereditatibus, id est Montem Sancti Michaelis cum æcclesia et pratis ad eam pertinentibus, super fluvium Rodhebec, quam dedit Rodulfus qui prenominebatur Torta, addimus et villam quæ dicitur Dalbuth cum omnibus appendiciis suis, et villam quæ dicitur Cocherel cum molendinis .II^o., et Matner cum æcclesia et insulis ad eam pertinentibus, et piscariis, et Capra villam cum æcclesia, et silva, terris cultis et incultis, et prato, in villa Pistes, et in Duno terram quam tenuit Desiderius medicus, et molendinum unum, quæ omnia dedit Rodulfus comes. Addimus etiam villam quæ dicitur

Cameragus cum æcclesia, et æcclesiam de villa quæ dicitur Sancti Aquilini et quod ad eam pertinet, quam dedit Hugo episcopus Baiogacensis, Canamum quoque villam cum molendinis .IIo. et Altaria, quæ dedit Torestineus et quod tenebat in Cenestanvilla, et aream molendini .I. Addimus Anslchetilvillam quam dedit Rozelinus, et Vuellei quam dedit Rotgerius ; et eam partem quam in æcclesia tenebat, et .IIo. hospicia in Gunfredivilla. Addimus et Monerivillam cum æcclesia et molendino .I., quæ commutuata est pro his quæ dedit Godelendis, et Folmuchon quæ dedit Godefredus ; addimus et Vuanciacum [cum omnibus appendicii]s et pratis, molendinis, et silvis quam dederunt Osmundus et Helto ; et æcclesiam ejusdem ville quam dedit Rotbertus clericus. Addimus et masnile quod dicitur Altaria in pago Osimensi et L[itri] masnile, que dedit Istigandus. Addimus quoque illud quod dedit Rotbertus in villa quæ dicitur Petravallis, id est medietatem illius partis quam habebat in eadem villa, et in æcclesia ; et .Vque. mansos quos dedit Mainardus in Altiniaco. Addimus et id quod Hugo dedit, id est eam partem quam tenebat in Arriaco et molendinum .I. et dimidium ; et Otgeri villam dimidiam quam dedit Torolde ; et Bavillam cum æcclesia quam dedit Ebbo ; et Francovillam quam dedit Osulphus ; et Litigel villam cum æcclesia quam dedit Rainoldus, et villam quæ dicitur Spinetus quam dedit Enna ; addimus quoque id quod dedit Turchitillus, id est eam partem quam habebat in Armolnont et æcclesiam de Bucinvillare ; addimus et .III. mansos quos dedit Boio in Curtulmo ; et, .III. iterum mansos quos dedit Addila in Ermentrut villa cum terra arabili, et in Ebvilla .II. mansos et prata et piscariam, et in Salhus mansum .I. cum prato et vineam super vivarium nostrum ; addimus et gordum in fluvio Sequanæ emptum ab ipsis monachis ; et id quod dedit Osmundus, id est partem illam quam tenebat in Grinvilla et id quod datum est in villa quæ dicitur Warcliva, et mansum .I. quem dedit Herluinus in Serlos villa, et pratum .I. in Cara villa et mansos .II. quos dedit Ivo in villa quæ Averleia dicitur, et terram de Moncels super aquam Andellam. Hæc omnia quasi a nobis data in usus servorum Dei concedimus et confirmamus, annuentibus filiis [Richardo] atque Rotberto, ut habeant, teneant et possideant, jure perpetuo, absque ulla inquietudine cujuslibet secularis vel judiciariæ potestatis. Peto autem eorum magnitudinem quos Deus post me sublima[verit hoc] honore, cui eo auctore presideo, ut sicut auctoritatis suæ scripta vel dona inviolata manere voluerint, ita hanc cessionis meæ cartam inviolatam remanere permittant. Si quis vero contra eam aliquid temerario ausu [conatus] fuerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, et coactus auri libras .C. ad fiscum dominicum persolvat, ut confusus discat improborum temeritate non esse violanda quæ ob amorem [Dei majorum statuerit] auctoritas. Hanc [autem donati]onis nostræ cartam ut omni tempore firma maneat manu nostra subter firmamus et filiis et fidelibus nostris firmandam tradimus.